

L V D O V I C I
B A I T E L L I

IVRISCONSULTI PATRITII BRIXIANI
ET COMITIS

AC SERENISS. REIPVB. VENETÆ

A Secretis Status Consilij

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS
DECISIONES.

CVM PRIVILEGIO.




MEDIOLANI.

Ex Typographia Francisci Vigoni. 1671.


Permissu Superiorum.



ILLVSTRISSIMO D. D.
IO. BAPTISTÆ
P V T E O.
 EXCELL^{MI} SENATVS MEDIOLAN.
 Senatori Amplissimo &c.



*IV cunctando procrastinabam (Conscriptorum
 consultissime Patrum) quo deuotionis erga te
 mea appenderem non despectabile votum , in-
 dignum ratus coram te sapientum ornatissimo
 sine ulla sapientia suppellectile nudè neglectum ap-
 parere. Cum tandem aliquando præsto fuit ca-
 pillata frontis Occasio benigne adeo conflagranti mihi aridentis, ut,
 neq; debuerit tarda cogitatio displicere, neq; incuriose illa captari.
 Nobile volumen obtulit celeberrimi quondam I. C. Ludouici Bai-
 telli, sudata fronte limatas, de vltimis voluntatibus perstringens
 Decisiones, ad multos dies in scrinio silentes, eductricem manum
 præstolantes, & præstantissimo aliquo auspice vulgandas. De calo-
 munus agnoui, ratus idoneum id munus affuturum, quod æquè in
 tui votum accipientis, ac in mei cederet leuamentum offerentis.
 Cui enim consultius, quàm tibi, Iuristarum eius nostri Corisao,*



DECISIONES

VLTIMARVM VOLVNTATVM

EQVITIS LVDOVICI BAITELLI

I. C. BRIXIENSIS.

DECISIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Instituti masculis consanguineis Germanis sub conditione: quod si vnus, vel plures eorum decederent sine hæredibus masculis, alter, & eorum filij masculi legitimi succedant, & si omnes dicti instituti, & substituti decederent sine filiis masculis, succedant filij masculi sororum Testatoris, & eorum descendentes, vsque in infinitum. An inter institutos, & substitutos, & eorum filios, censetur inductum reciprocum fideicommissum; vbi etiam quomodo tales filij in conditione positi dicantur vocati.

SVMMARIVM.


- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1 Testimonium nullum maius mentis Testantis est, quam verba. 2 Voluntas Testatoris in vltimis voluntatibus tenet primum locum. 3 Filij in conditione positi ad partem Patris censentur dispositiue vocati. 4 Filij in conditione positi ex coniecturis magis vocati dicuntur. 5 Argumentum ductum ab Absurdo in iure validissimum. 6 Pluralitas resoluitur in singularitates. 7 Vocati à Testatore, quatenus supersunt, alij non admittuntur. 8 Ancarani opinio consil. 70. in digressu ad plures substitutiones, approbatur contra num. 9. resolve num. 10. 11 Masculinitatis qualitas potens est vocare positos in conditione. 12 Legitimitatis qualitas an sit sufficiens ad vocandum positos in conditione. 13 Masculinitatis, & legitimitatis qualitates ge- | <ol style="list-style-type: none"> minata quantum possint & num. 15. 14 Coniectura reciproce substitutionis inter institutos quantum possit. 16 Vocatio dispositiua in alia Testamenti parte operatur vocationem in alia. 17 Condicio (si sine heredibus) quam virtutem habeat in vocatione. 18 Filij in conditione positi dicuntur vocati ex digressu substitutionum. 19 Filij in conditione positi an vocari ex clausula codicillari. 20 Agnationis conseruatio quomodo valida ad vocationem filiorum. 21 Substitutio facta deficienti sine filiis, ijs natis, expirat. 22 Oldradi cons. 21. declaratur. 23 Testamenti vna pars aliam declarat. 24 Successionis forma data in vna parte censetur repetita in alia parte. 25 Argumentum à minori validum. 26 Fideicommissum non est perpetuum, nisi per reciprocam substitutionem. 27 Collectiuo nomine vocati censentur reci- |
|---|---|

Terra Botticini per infra scriptam D. Luciam eius uxorem, & post mortem ipsius D. Lucia per infra scriptos suos heredes in perpetuum, & hoc in medium animam ipsius testatoris, & suorum defunctorum.

Secundum factum filiabus exclusis (Item eo casu, quo supra scriptus Ioannes heres institutus ut supra haberet filiam, vel filias quod dotentur &c.

Fatis concessit D. Beltramus superstitute Ioanne herede instituto, qui adita hereditate post aliquod tempus decessit sine filiis, unde factus fuit locus substitutioni, de qua in Testamento; Successerunt ei in dimidia Thomas vnus ex tribus fratribus

nominatis. In alia vero dimidia Iacobus Antonius ex Simone; quia Ioannes Franciscus sine liberis mortuus erat. Ex Thoma orti sunt Faustinus, & Gaspar; Ex Faustino Iacobus Philippus, & nunc in eius locum filij ipsius; Ex Gaspare vero Antonius, & Filaster omnes in hoc iudicio Actores. In alia vero dimidia ex Iacobo Antonio processere Bernardinus, & Vincentius; Ex Bernardino Olimpia; Ex Vincentio Iacobus Antonius; ex eo vero Flaminia utraque femina rex conuentus prout ex Arbore constat.



DD. Iacobus Philippus, Antonius, & Filaster ex Thoma pretendunt Iure fideicommissi ad se spectare bona Iacobo Antonio filio Simonis in diuisionibus obuenta, ex quo linea masculorum in Olimpia, & Flaminia defecit, actionemque via mandati possessorij instituerunt contra possessores bonorum, stantibus verbis Testamenti D. Beltrami.

Clarissimus D. Iulius Stella Consul Iustitiae possessorum mandatum renouauit pronuntia- ta sententia contra Actores. Interposuerunt hi appellationem, qua in nos deuoluta a Praestantiss. nostrae Urbis Advocatis accerrime in nostro auditorio fuit disputatum. Hinc Clarissimus D. Bartholomeo Stella, & Laurentio Aureo- lido contendentes pro feminis nullum extare fideicommissum; Illinc Clarissimis DD. Vincentio Fusario, Equite Achille Pedrocchi, & recolenda, & suauissimae memoriae disertissimo Achille Vgonio Amico, & tanquam fratre carissimo, cuius anima sit in pace, defendentibus fideicommissariam dispositionem recipiam, & perpetuam.

Post longum studium iuribus utriusque partis consideratis, diuque perpensis, & utrinque

collatis difficultatibus, quae in hac per difficili materiae occurrerunt, praecipue in causa grauis- sima, & maximi momenti placuit opinio pro fideicommissis: pro eaque more Patrio fori contra feminas, & contra sententiam, exhibui motiua in modum infra scriptum.

Ioanni instituto facta fuit substitutio Simonis, Francisci, & Thomae, & cuiuslibet ipsorum liberorum, & ipsis decedentibus sine liberis substituti fuerunt Agnati proximiores. Nomen liberorum omnes in infinitum complectitur, Text. ad literam in l. liberorum ff. de ver. signif. Qui igitur ad successionem liberos vocat, omnes in infinitum comprehendit. Odd. in trac. comp. part. 6. quest. 2. art. 3. num. 2. Crass. in §. fideicommissum quest. 36. in princip. Trentac. de subst. part. 4. cap. 7. num. 57. Mantie. de conuelli. ult. vol. lib. 1. tit. 8. num. 19. Innumeros con- guntur iurigi. de subst. cent. 3. quest. 57. per totam, Fus. quest. 327. de fideic. subst. Barz. dec. 9. num. 9. Hond. cons. 76. in princ. lib. p. laur. dec. 84. no. 7. Farin. dec. 492. num. p. part. 4. Barbos. alio. cumulat in trac. var. appellat. 130. nu. 1. & 4. Atqui simul omnes aduerti non possunt, quia eodem tempore in rerum natura esse ne-